

CAROLE STUARTE (nam quidni ademptum te humanis rebus
quasi coram positum alloquar, qui nunquam animo nostro excides? In-
iusto, divina ac propè incredibilis virtus et pietas, cum omnia rade-
suis penetrat, splendore illustret, alios tamen admiratione sui im-
plet, alios ad obrectandum rapit. Quis igitur te impietatis re-
queret, quis te tyrannidis accusaret? Inprimis ubi didicerit
in omni vita tua nihil puniendum, imò ne quidem reprehenden-
dum fuisse: quum omnis in te cetera probitas, omnis in te pietas,
omnis in te clementia, omnis in te religio, omnis in te integri-
tas ac hospitata innocentia fuerit. Tuenda sanè religionis,
custodienda æquitatis, servanda quietis ac securitatis publice
inestimabilis perpetuæ cura mirè in te floruerat. Non pro-
vocabas bella, nec tamen timebas; quumq; inciderent, ita te gere-
bas, ut nunquam non pacem vel inter concitatissimas præliorum
procellas, respiceres. Quam insolenter alii intumescere solent
vitiis, tam humaniter favere solebas virtutibus, cumq; ad omnia
qua malè fiebant ac perperam, haud conniveres temerè; nec
tamen severitatem omnibus, quibusdam et lenitatem, commoda-
bas; nec et in vindicando nimius, in condonando promptus eras,
nisi ubi emendandi fiducia daretur. Moriens proinde non
innocentiam tantum tuam mundo approbasti, sed nocentes
quoq; iudices tuos fecisti. Non poteris videlicet, nisi malis
hanc de te opinionem relinquere, quod male vixisses, qui nec
defensus, nec auditus peribas. Videor hinc mihi specientu-
am, longè augustiorem humana adstantem, et multò majus, quam
te ante, circum circa fundentem lumen videre: videor et mihi
gloria divine Majestatis voce novissima verba loquentem audire,
quibus hostibus tuis tam facile, tamq; libenter ignoscebas, ut maxi-
mè sollicitum de ingratis ac rebellis populi salute te ostenderes. Na-
ra, imò propè infinita de te, DOMINE, verba facere possem:
sed quid verbis opus est, ubi virtus ipsa omnia laudis capita
claudit et absolvit? O te itaq; innocentem, à nocentibus condemp-
tum aequè ac necatum, Regem! Fruere interim leni quiete,
CAROLE STUARTE! Leni, inquam, quiete et leni terra fruere
Regum optime, donec aliquando infernales dare poenas tuos
percussores videas, prout jam in hoc mundo debitas eos lugendas
poenas